



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Doctoralis Praebenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

deinde Legista, ultimo Medicus. Syll. V. Doctor quest. 2. V. Cap. Sede vac. n. 56. Fidei Professio. n. 24.

ADDITIO.

Ratione Doctoratus inter Canonicos Præbyteros nulla datur præcedentia, nec præ eminentia. Congr. Rit. 19. Mart. 1611.

Doctoralis Præbenda.

- 1 **C**anonici Doctoris, huius Præbenda, officium est, defendere iura Ecclesiæ, siue spectent ad bona, siue ad præ eminentiam Ecclesiarum. Garz. de benef. tom. 5. p. 5. cap. 4.
- 2 Neque dari debet illi in hanc causam aliquod aliud stipendium. idem *ibid.*
- 3 Sed debet eo casu haberi tanquam præfens in Choro. idem *ibid.*
- 4 Si exit à loco, debetur contueniens stipendium pro itinere, &c. idem *ibid.*

Doctrina Christiana.

- 1 **I**N Dominicis, & festis diebus in singulis Parochiis doceantur pueri fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes, ab ijs, ad quos spectant, centuris etiam adhibitis contra eos, qui docere debent. Trid. sess. 24. cap. 4.
- 2 Sodalitas Doctrinæ Christianæ instituat. Prou. 2.
- 3 Vbi non potest, duo, vel tres homines ad id aptiores eligantur, qui adiuuent. *ib.*
- 4 Instituantur scholæ, etiam extra Parochiales Ecclesias, in locis commodioribus. Prou. 4.
- 5 Constituantur loca ab Ordinarijs pro tradenda Doctrina Christiana. Pius V. A. 1571.
- 6 In singulis Vicariatibus constituatur aliquis ecclesiasticus, qui scholas visitet, & tertio quoque mense Vicarium Generalem certiore faciat de earum statu. Prou. 7.
- 7 Scholæ omnes eo ordine ubique instituantur, ut vnum corpus constet sub vrbano Priore Generali. *ibid.*
- 8 A prandio conuocentur pueri. Prou. 1.
- 9 Clerici quicumque Choro non additi

- Parochum adiuuent. Prou. 5.
- 10 Grauiter moneantur patres, & domini, qui negligunt eam doceri filios, & feruos suos, iisque confessarii grauissimam pœnam imponant. *ibid.*
- 11 Non possunt compelli pueri ad discendam Doctrinam Christianam pœnis, & multis, sed ii quorum interest docere. Decisum refert Prax. Episc. V. Doctrina Christiana §. 3.
- 12 Musicæ cantiones, symphoniaca instrumenta arceantur ab his scholis. Prou. 7.
- 13 Visitentur à præfctis scholæ, neque eo tempore, quo scholæ habentur, concio fiat. Prou. 3.
- 14 Indulgentiæ concessæ in hanc causam semel euulgentur ante Kalendas Maii, & in Kalendis ipsis fiat communio cum processione generali. *ibid.*
- 15 Intra Missarum quoque solemnia Parochi recitent Orationem Dom. Salutationem Angelic. Symbolum Apost. & Decalogum, repetente populo rudiori, & sapius explicent. Prou. 5.
- 16 Antequam confiteantur, eadem pœnitentes recitent. *ibid.*
- 17 Quæ si nescierint, & post certum tempus, ne audiantur, inconsulto Deputato ab Episcopo, seu Vicario Foraneo. *ibid.*
- 18 Aliquibus remitti potest prædictorum recitatio, iudicio eorum confessariorum, quibus id Episcopis concesserit. Prou. 6. V. Confraternitates. nu. 31.

ADDITIO.

Potest Episcopus per viam præcepti penalis obstringere Parochos ad docendum doctrinam Christianam; non autem sub pœna peccati mortalis. Congr. Episc. 22. Nov. 1592.

Duellum.

- 1 **Q**ui locum ad monomachiam in terris suis concesserint, eo ipso sunt excommunicati, & iurisdictione, dominio loci, quod ab Ecclesia obtinet, priuati intelligantur. Trid. sess. 25. cap. 19.
- 2 Si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. *ibid.*
- 3 Si ex condicto permiserint, aut non prohibue-